

Disputatio politica IX. De
bello, ejusque requisitis
... praeside m. Michae...

Gyldenstolpe, Michael Olai Wexionius,

11 Ae 8:o (var. a)



war. a. D. O. M. A.
DISPUTATIO POLITICA IX.

De
B E L L O.

Ejusq; Requisitis.
In Regiâ Fennorum Academiâ

P R E S I D E

M. MICHAELE O. WEXIONIO
Polit. & Hist. Prof. celeberrimo, Phil. Fac.
p. t. Decano spectabili, Præceptore &
Fautore devoto observantiæ zelo
ætatem colendo.

Respondente

IOHANNE S. WASSENIO W-Gorb.
S. R. M.æis Stipendiario.

Publicè proposita ad diem 7. Novemb.

Anno 1646.

Tacit. 15. annal.

Non ignavia magna imperia continentur, sed virorum arme-
rumq; faciendum est certamen.

Vegetius de re milit. lib. 5. c. 7.

Nemo bello laceffere, aut facere audet iniuriam ei regno vel
populo, quem expeditum & promptum ad resisten-
dum vindicandumq; cognoscit.

ABOÆ Petrus Wald/ Acad. Typogr. 1646.



Genere Genioq;
Verè Nobilissimo ac maximè strenuo
Domino,

**Dn. BERNHARDO von
KERN /** Domino de Korse
& Salskennow / &c. Tribuno militari
fortissimo, Musarum ut cultori eru-
ditissimo, ita earundem Ever-
getæ exemplari emi-
nentissimo,

Ut &

Spektatissimis Prudentissimiq; Viris,
Dn. AUGUSTINO LAURENTII,
de Seislag / Telonij majoris in Ducatu
Fenland. Inspectori Generali æquiss.

Dn. THOMÆ THOMÆ, Telonij mino-
ris per Fenlandiam Generali Inspectori
accuratissimo.

Dn. PETRO GUSTAVI Ditionis Tas-
wasthuus & Borg. Secretario militari
dexterrimo.

*Dn. Mecœnatibus, Factoribus & Promotoribus sus-
spiciendis, Discursum hunc Politicum submisisse
& observantèr*

D. D. D.

Respondens.





Quoniam de Personis sive homini-
bus ex quibus Resp. constituitur, Transitio
sive conti-
nuatio.
deq; Rebus quibus illi sustentantur, nec
non legibus & judicijs quibus omnia
diriguntur & pacificè administrantur,
antehac differuimus: Et omnia ista peri-
culis obnoxia, imò insultantibus præda fu-
surâ intelligimus, nisi (secundum Deum) Pr. artic.
milit.
Cic. pro
Muren:
Armis defendantur, in quorum tutela
ac præsidio, patria, libertas, cives atq; i-
psi reges latent; Hic etiam de legitima
atq; prudenti omnium istorum per arma
Defensione, & (ut ita loqui liceat) ma-
nutentione qua BELLO expediri & fi-
eri consuevit nonnihil discurremus.

Non equidem ignoramus Phormi- Præoccur-
patio.
onem Philosophum ab Hannibale deri-
sum esse, cum in ejusdem, utpote exerci-
tatissimi Ducis ac militis conspectu de
Bello & re militari, qui tamen ipse nun-
quam miles in acie steterit, copiose disse-
rere non dubitaret. At magnâ nostro
judicio, injuriâ. Ecquid n. vetat, quod

minus ingenij acumine praeclitus, in histo-
rijs mediocriter versatus & experientiam
non plane vacuus, etsi ipsemet sclopetum
vel sarissam non portarit, contravè ho-
stem nunquam direxerit, de causis Bello-
rum, ipsedemq; cordate incæptandis, pru-
denter gerendis & tempestive finiendis
haud minori cum judicio verba fundere
possit, quam aliquis surdas tubarum, A-
rietum & tormentorum strepitu aures o-
culosq; neri fumo tenebricosos referens?
Experientiam sanè scientia junctam pra-
valere fatendum! Certius tamen & ma-
gis ex fundamento disserere scientem quàm
solum experitum, nemo prudens negave-
rit. Quod ipsum & Alphonsus con-
firmat, interrogatus libris an armis plus
se debere fateretur respondens; Ex li-
bris arma & armorum jura didici.
Ne igitur nobis vitio vertatur, quod ea
qua ex prudentissimis politicis hausimus,
optimorum historicorum auctoritate &
magnorum virorum experientiam deliba-
vimus hic afferre, ac de Re militari, ali-
qua pro modulo strictim referre non ve-

reamur, uti speramus ita & optamus. Omnia distinctionis gratiâ ad hæc quinque capita breviter revocantes:

1. De Belli Definitione ac divisione.
2. De justis Belli Causis.
3. De prærequisitis & præparatorijs Belli.
4. De Bello legitimè gerendo.
5. De eodem finiendo & pace restituenda.

Dominus Exercituum suo splendore nos irradiet!

Thes. I.

Cap. I.

Bellum alijs à contrario dicitur, quasi minimè bellum sive pulchrum, quod omnium immanitatum & feritatum quædam sit epitome: Quamvis & à consentaneis notatio haud absurdè sumi queat, cum bellissima sit ratio justis armis se suosq; defendendi. Alijs à belluâ, quoniam ut hominum, verè hominum, est candidam atq; dulcissimam pacem

VVare-mund. ab Erenb. Meditament: pro foederat. c. 2. n. 55.

colere, & hominis est homini con-
sultum velle quod & ipse homo sit;
ita *belluarum* & *ferarum* videtur pro-
prium, truces ad invicem exercere,
inimicitias, atq; in mutuum sa-
vire exitium. Alijs a. à Græco *Be-*
Los, quod telum sive cujuscunq; ge-
neris arma significat, deducitur.
Eodemq; sensu sæpè etiam *militia*

P. Greg. Art
mirab. lib.
27. de Milit.

(quam itidem vocem alii à malo, alii à multitu-
dine, à mollitie alii, alii à mille trahunt.)
prælium, arma, usurpantur. Hebræis *bel-*
lum *Milchamah* à *Lacham* comedere ac devorare
dicitur, unde & Sp. S. gladio os tribuit, & qui gla-
dio consumuntur, in ore gladii perire asserit.

2. Non intelligimus hic quod-
vis *Bellum* scilicet neq; 1. *Dissensio-*
nem naturalem, cum brutis animalia alia-
vè res physica antipathia quâdam se in vi-
cem persequuntur. Sicut inter feles
& mures, *Crocodylû* & *Ichneumo-*
na, araneos & muscas, aquam & i-
gnem & similia *bellum* esse dicitur.
2. Neq; *Metaphoricum bellum*, quale
illud *grammaticale* appellatum, ubi

VOCES

voces diversas orationis partes spe-
tantes ingeniosè distinguntur, &
defectiva ab integris, heteroclitica ab
orthoclitica acutè discriminantur.

3. Neq; bellum spirituale, quale inter
Iehovam & Diabolum, DEum &
Mammona, Antiquum Draconem
& semen mulieris, pios & impios, spiri-
tum & carnem. unde tritum illud
Poeta.

Nunquam bella piis, nunquam discrimina de-
sunt.

Et cum quo certet mens pia semper ha-
bet.

3. Sed Bellum hic nobis est publi-
corum armorum iusta contentio, prout
breviter & nervosè Facius describit.

Caspar Fa-
cius Axi-
om: belli

vel pugna duorum exercituum ritè prius
indicta, juxta Boccerum. Paulo plenius

Althus: Bellum est actio hostilis ad injuri-
am propulsandam vel vindicandam, à
Magistratu consilio, vi armisq; contra ho-
stes, pacis retinenda vel consequenda gra-
tià legitimè suscepta & administrata.

Althus: Pe-
lit: cap. 35.

4. Actio dicitur; quanquam n.
ab actionib⁹ in bello nonnunquam

temperetur, & armorum feriae seu
inducia interserantur, propter actio-
nes tamen suscipitur, quod ex diffi-
dationum clausulis est manifestum.
Hostilis praeterea nominatur, ut publi-
ca arma quae in veros hostes dirigi so-
lent innuantur. Neq; enim cum con-
civibus neq; cum latronibus verum est
bellum; illud motus civilis, conjuratio
& seditio; hoc malignorum justa
persequutio est.

Casp. Facio
Axiom.
belli: 640.

5. Additur in definitione causa
externè impellens: ad injuriam scilicet
avertendam vel vindicandam. Tum
demum enim recte suscipitur bel-
lum, quando in pace tuto vivere non da-
tur. Exprimitur & causa efficiens
principalis proxima, nimirum
Magistratus, isq; summus, q; tan-
tummodo bellum indicere & legi-
time gerere potest, veluti supra pro-
bavimus. Neq; rixa, pugna, inimici-
tie, duella & congressus privatorum bel-
li nomen jure mereantur. Augemus

Reink. de
regim: fec:
lib. 2. cl. 3.
c. 1. n. 8.

porro

porro definitionem voce Consilij,
quod consilio non minus quam viribus.
Et quidem in bello maxime, res ma-
gna gerantur.

6. Subjungitur tandem Finis,

videlicet pacis conservanda aut recupe-
randa gratia. Pacem quippe voluntas

optat, licet bellum cogat necessitas. Un-

de & id ipsum rem bonam & Chri-

stianis non illicitam esse conclu-

dimus: maxime cum 1. Ab ipso

DEO bellum mandatum. 2. Ad belligerandum

informationes datae. 3. Milites à Joh: Bapt. &

Salvatore ipso non stationem deserere iussi legan-

tur. 4. Magistratus officium sit gladium non

frustrà sed ad vindictam gerere, ut igitur suos pu-

nire potest ita etiam defendere tenetur. 5. Legi-

timaq; defensio iure naturali, & civili & divino

permissa sit. 6. Et deniq; præpostera sit dile-

ctio ita alios amare ut te ipsum odio habeas vel ad-

minimum negligas. Quin & sanctum quoddam

odium datur, quale David adversus DEI osores

profertur. Proinde quamvis Pace ni-

hil optabilius, si justa & honesta nihil

habens insidiarum; turpi tamen

gloriosum bellum est anteferendum; i-

mo utiliter & feliciter in hoc com-

contra Ter-
tullian: La-
stant. & A-
riabaptist.
atq; Novos
photinia-
nos.

mutari potest soletq; Ideò autem
bellum gerimus, ut tandem tuto in pace
vivamus.

7. Vox legitimè injusta & ille-
gitima bella excludit, quæ vel absq;
justa & legitimâ causâ suscipiuntur;
vel utut legitimè inchoata, injustè
tamen geruntur & continuantur.
Sunt enim ut Pacis, ita & bel-
lijura. *Et non minùs justè quàm for-
titer ferrum stringere oportet.* Atq; ita
strictim Definitionis enucleationem vidimus.
Nunc obiter etiam præcipuas divisiones deliba-
bimus.

8. Bellum 1. respectu finalis
causæ aliud Defensivum est, aliud
Vindicativum seu Offensivum:
Quæ causæ paulò inferiùs plenius
declarabuntur. 2. Ratione Subjecti
loci; aliud Longinquum & Re-
motum, cum hoste procul distito,
quale nobis cum Hispano; aliud Vi-
cinum, quod funestius, periculosi-
us majoribusq; dampnis obnoxium
esse

esse solet. quale olim & nuper cū Da-
nis, &c. Quis optumē sopita esse maximopere
letamur. 3. *Propter Objectum*, aliud
peculiare seu proprium, uni soli
cum suo hoste; Aliud *Commune*,
ubi plurium confederatorum cau-
sa agitur. Etiam *communem cau-
sam*, periculum sociosq; sine turpissima
perfidia nota deserere non licet. 4. *Quā
tempus*; Bellum aliud interruptū,
quando interjectis inducijs vires re-
cuperari, & de firma pace commo-
dius transigi poterit. Sic inter Nos
& Polon. Anno 1623, 1624 & 1625,
dein 1629. *Sexennialibus* & nunc 26.
annorum inducijs bellum, quod ò in-
perpetuum quiescat! interruptum fuit: a-
liud *Continuum*; ut Septennale
illud inter Svec. & Danos ab anno
1563 ad annum 1570. Et nunc Svecō-Ger-
manicum per annum iam decimum septimum
flagrans continuat: cui ter, opt. max. tandem
felicissime terminum figat, & obicem ponat. 5.
Et demum adhuc ratione *Subjecti* &

Nic. Machi-
de art. militis

lemens

lib. 7.
pag. 271.

Claud. Eli.
an Tactica
cap. 2.

Boter. polit
illust. l. 10.
cap. 8.

lementi & mediorum, Bellum aliud
terrestre, aliud Navale.

9. *Terrestre bellum dicitur eorum
qui terrâ preliantur, Navale eorum qui
in mari aut fluminibus classe concurrunt.*
Utrum verò marina potentia præ-
stet, an terrestris? apud Boterum di-
spuratum vidēsis. Qui tandem,
non obstante vulgato; *mari, domi-
natum obtinentem, eundem quoq; in ari-
do atq; continenti facile occupare*
concludit; Marinam scilicet po-
tentiam terrestri ope haud quaquā
carere posse; Hanc verò illam ita
absolute non requirere. *Quòd
Terra populum, arma, apparatusq; sup-
peditet, idq; exemplis nō paucis confirmat.*
Quamvis non desit quod regeri possit, omnia
scilicet ista beneficio navigationum & commer-
ciorum facile haberi, teste experientia apud Bel-
gas. Ubi terra sufficientem annonam proportio-
ne factā ad incolarum numerum nequam sup-
peditat; Non trabes, non malos, non asseres,
non picem, non canabim ac linum tot tantisq;
navibus extruendis ac expediundis. Ibi nullæ
fodinae, aurum, argentum, æs, ferrum, non salina
salaria, non vitis vinum præbent, quæ tamen
omnia

omnia nullibi in maiori copia veniunt, distra-
hantur. Quæ cessante potentia navali omnia
essent defutura. Verissimum tamen il-
lud Cosmi Medices; Non habend-
um esse potentem qui terrestri potentie
navalem conjunctam non habeat. De
quâ utrâq; patriæ merito gratu-
lamur.

10. Hucusq; de primo disquisi- Cap. 2.
tionis membro; Nunc ad secundū
justas videlicet belli causas. Per causas
hic nos non intelligere efficientes,
per se patet; sive primam & Univer-
salem ipsam DEUM, cujus nutu o-
mnia geruntur: Sive secundam &
propinquam, S. R. Majestatem, cujus
esse bella indicere ac suo nomine
gerere supra conclusum: Sed cau-
sas impulsivas propter quas bellum geri-
tur. Ubi rursus hoc loco non tam
de causa belli Theologica, ipso peccato,
quo laceffitus Omnipotens belli oneribus
populos castigat: quàm Politica, quæ
Reges ac Principes ad justa movendū
arma

arma merito impellunt; Quæ justè
belli fundamentum rectè appellatur.
Ideoq; etiam ante omnia, bella me-
ditanti, diligentissimè pensanda
venit. Non n. in ejusdem est semper
potestate, bellum sumere & finire. Neq;
æqualiter gloriari potest induens ac po-
nens lorica. justas igitur bellorum
causas & manifestas primum dispicie-
mus.

II. Omnis justa belli causa vel ad
Defensionem vel Vindictam revocari
potest. Defensione justâ atq; necessa-
riâ nullam majorem nec graviolem belli
causam excogitari vel haberi posse
patet. Quod vim vi repellere omnes
leges omniaq; jura sinant. Imò
Cic. 1. Offic. qui non defendit dum potest, tam est in
vitiis ac si parentes atq; patriam deseru-
isset.

12. Est v. Defensio præsertim Re-
ligionis, regionis, personarum & bonorum,
Quamvis n. religio, utpote spirituale bonum tempo-
poralibus armis protegi nequeat, liberum tamen
eiusdem exercitium & cultus & vi externa & impe-
dientium insultibus externis etiam armis rectè ac
licite

licite defendi potest. Justa igitur fuit,
quoniam necessaria omnium horū
Deus quo per fortissimum ac glo-
riosis, P. pem CAROLUM postea Re-
gem ejus nominis 9. & ordines regni
Svec: anno 1598. ad famosum pontem
Ostrogoth. Lincopensem Stångebros.
utut n. ipse Rex Sigismundus Regib
atq; laudatissimo stemmate progna-
tus, omnibus insuper Rege ac Prin-
cipe dignis virtutibus summāq; mo-
deratione cumulatus fuerit: Quid
tamen Iesuiticæ rancæ assiduā coaxa-
tione interpellantes in animo habu-
erint, in ipsa mox Regis coronatione,
imò antè mala ista spina nimis matu-
rè manifestavit. Instructus autem
Exercitus exoticus hinc justam defensi-
onem extorserat; Atq; hinc procel-
la ista erupit, quæ regna isthæc ali-
quandiu quassaverat. Quam nunc pla-
nè deserviisse sicut optamus ita & speramus.
Eoq; confidentiùs, quod etiam mo-
dernus Polonia Rex potentiss. Vladislavus
pacificas cogitationes suas, cum a-
lias

Conf. R. D.
Paulin. Hist
arct. L. 3. c. 73

Liastum jam pridem in literis Gu-
STAVO M. feliciss. recordationis Urfa-
viã datis 18. Novemb. 1632. quibus ad
paterni funeris deductionem, pro-
priamq; coronationem invitaverat,
satis detexerit atq; intimaverit, *hiscẽ
verbis concludens.*

Quin S. V. ex hoc primo affectus nostri
argumento coniciat nos cupere compositis ex di-
gnitate utriusq; armorum nostrorum causis, ex-
peditius deinceps iura sanguinis colere, rati idem
cordi esse foreq; S. V. ob eum sanguinis nexum,
qui fortunam & dignitatem amborum ita connec-
tit, ut nihil alterutri adversum, nihilq; inglori-
um accidere possit, quin ad utrumq; pariter per-
tineat. Quod reliquum est S. V. prosperam &
diuturnam valetudinem a DEO precamur.

13. *Regionis quoq; defensio justis-
simam adversus invadentem bello
causam præbet (adeo ut et si quis bel-
lum antea promeritus sit: justẽ tamen
sui suorumq; defensionem suscipere
dicatur) ita prius debito cum e-
logio nominatus R. CAROLUS 9.
contra vicinos alios præter spem &
expectationem irruentes, quamvis
Moscovitico atq; Polonico Bello impli-
citus*

citius. regni finium defensionem etiam ab illâ parte, quantum præsens tunc rerum status tulerat, anno 1611. suscipere cogebatur.

14. Nec solum nos ipsos, verum etiam vicinos, socios ac confæderatos justè defendimus. Ut vel in hac parte justissimum sit bellum quod immortalis memorie Rex GUSTAVUS MAGNUS 1630. aggressus & adhuc dum continuatur. Quin & defensionis justitia non modò ad præsentem, quæ inferatur, sed quoq; ad ingruentem vim, quæ inferri timetur, pertinet. dum modò non suspicio tantum, sed & signa concurrant, quæ merito timorem incutere possint. Itacum gloriosiss. R. Gustavus pro plus quam humanâ, quâ polluit, prudentiâ animadvertat atq; prospexerat Regni proprii periculum, quid expectandum occupatis à Cesarianis portibus, qui ad mare Balthicum spectant, armari iam naves, instrui classes, neq; quietem in Mezapoleos, aut Pomeraniæ oris naturum Vollesteinum, bellicosum hominem, ocii, pacis osorem; nihil vicinitate potentis hostis periculosius

Reink. de regim. sec.

Besold. de art. iureq; belli.

Petrus Baptistus Burgus Genuensis commentar. de Bello Svecico l. 1. n. 2.

B

suspe-

suspectum hostem hunc invidiosissimum Regem
Svec. expectaretq; brevi Stockholmæ in sua regia
bellum, nisi ultro ipse parantibus hostibus infer-
ret: Et de inimicitia Cæsaris Regi minime dubi-
tandum, debere iam esse expertum in Borussia i-
psum hostilia arma, non fuisse hactenus reconci-
liatos animos, durare igitur hostilitatem adhuc,
ut verbis potius *Baptista Burgi Historici Pontificij* hic utar. Quis igitur
ob tale minitans periculum, *defensivum* etiam bellum vocari posse, aut
justum esse ambigat. Ad stipulan-
te etiam *Romano jure*: Melius esse
occurrere in tempore, quam post
vulneratâ causam remedium qua-
rere. Namq; aliàs serò clypeum post vulnera su-
mi inquit Poëta,

Lib. C. qui
by in caus.
in integ. re-
sit, non est
concess.

15. *Personarum quoq; bonorum et
jurium defensio justæ ac defensiva belli
ansam porrigere solet, prout ex
recentioribus hoc nostro seculo &
antiquioribus Bellis vicinorum pa-
lam est, neq; hic attinet uberius re-
petere. Atq; hæc de priori justissimâ
Bellorum causa, Defensione: Nunc
etiam de Vindicta, quæ justam offen-
sivo Bello causam subministrat.*

16. *Vindicta hic est offensio iusta*
quæ instituitur vel ad res per vim ereptas
recuperandam, vel illatas enormes inju-
rias vindicandam. Complures igitur
huc etiam referri possunt spe-
cies. 1. Personarum & rerum repeti. Gen. c. 14
no; Sic Abraham quinq; Reges: Da. 2. 14. &
vid Amalechitas Zielaq deprædan. seq.
tes, bello adortus est. Sic Rex Svec. 1. Sam. 30
Attilus contumelijs affectus, insidijs peti. v. 9. &
tus, immenso thesauro & thori consorti. seqq.
spoliatus, iusta in Danos arma sumpserat. Joh. Mag.
Ned; nupera etiã exempla vindictæ Hist. lib. 23
ob res ablatas defun. cap. 17.

17. *Illata injuria vindicatio, 2. ju-*
stam iusti belli offensivi causam
suppeditat. Unde etiam ex hoc
puncto elucescit justitia armorum Sve-
nicorum adversus imperatorem Ro-
man: quibus injuriæ GUSTAVO M.
in Borussia, consanguineis &
foederatis ejusdem in Germania
illatæ vindicantur. 3. Specialitèr
Legatorum violatio sufficientem bello

2. Sã. c. 10 causam dare solet; quod vel exemplo
R. Davidis perspicuum est. Ita quod
GUSTAVI M. non modò tabellarius
violatus, in carcerem coniectus, li-
teræ interceptæ & apertæ: verùm
etiã Generositate insignis, prudentiã
v. eruditione & eloquentiã incomparabi-
lis Legatus DN. STENO Bielke/ Lube-
cæ 1679. indignissimè habitus, & ut
Regis sui causam ageret veniens nõ
admissus, nedum auditus, imò Solo
Germanico mox facessere iussus; so-
lùm justo bello sufficientem cau-
sam præbere potuisset.

18. Huc etiã 4. Paëtorum vio-
latio referri solet, quam justum bellum of-
fensivum causam habuisse & nuper &
olim constat. Eam quod ab hãc
parte bellum nostro seculo cum Mo-

Pet. Pec. Upi
Chrõ. Mo-
scovit lib.
2. p. 243.

scogestum agnovit. Cum nimirum pro-
missa recompensatio propter opem adversus Po-
lonos masculè præstitam interverteretur, ean-
dem armis, bellum administrante insigni

Paulin. Hist
Arct. lib. 2.
c. 75. p. 379.

Herõe Comite Jacobo De La
Guardie, Marško Regni & c. for-
tissi.

tissimè simulac justissimè asserere
S. R. M. tas cogebatur.

19. Solet deniq; s. legitima offensiv
belli causa censeri, si innoxius per alicujus
regionem vel ditionem transitus denegetur;

quod etiam sacris & proph
anis Historijs de facili potest confir
mari. Ita & nostri Gothi, inveniunt Joh. Magni,
in Rugiam & vicina loca sese effundentes, neq;
quietam cohabitationem, nec tutum transitum
impetrare potuerunt, quod verbis & precibus ne
quibant, ferro & armis obtinuerunt. Atq; ita pe
detentiam magnam Europa partem subiugarunt.

Quomodo etiam olim Israelitae popu
los a suis finibus se prohibentes supplantarunt
ac devicerunt. Non ablimilis

huic est Belli causa, si alimenta legitimi
oblato precio, denegentur.

Quippe qui alimenta denegat, ne
care videtur.

20. Iusta itidem offensionis & vin
dictæ arma adversus eos sumuntur, qui
iudicio se submittere nolunt, sed contu
maciter recalcitrant; Nec aliter
quàm vi & armis in ordinem redigi
possunt. Tantoq; magis si subditi

Num. 30. &
31. capp. Ju
dic. c. 11. v.
10, & 21.

Joh. Mag.
lib. 6. c. 3.

Deus. 2.
v. 27. &
seqq.

Num. 21.
v. 21.

2. Reg. c. 22.

ipsi adversus legitimam Magistraturam armati insurgant. Sic David adversus Sebam, populum ad defectionem sollicitantem, justissima arma sumpsit. Et R. Gustavus 1. adversus Dalecarlos cum Nobili suo Dalejuneparen/ pseudo-Sturao tumultuantes jure compescuit. Et adversus Smerlandum istum animosum magis quam virtuosum, Nicolaum Dage/gentis suae opprobrium, (quamquam iniquum foret alienam luere culpam) merito vindicativa arma expediverat. Sed bella ejusmodi a parte subditorum, non bella sed seditiones nominanda.

Defold. de
arte iureq;
belli. c. 5.
n. 6.

21. Nec desunt plures *justi belli* causa, puta 7. mo, si absq; sufficienti causa a nostris commodis prohibeamur, nimirum, commercijs, agro, mari, portibus, praesertim ubi de damno cavetur. Quod bellum etiam *ius naturae* excusat; in navigationibus enim & communicationibus ac similibus commoditatibus, alternae humanitatis nexus est fortissimus. Atq; hi praecipui sunt fontes & causae bellorum manifestae, quod aliae omnes haud incommodè reduci possunt.

Antequam ad occultas bellorum fomites digrediamur, aliqua breviter de prioribus & manifestis causis summatim añotabimus. 1. *Rem vel injuriam propter quam ad arma concurrendum non debere esse levem.* Extrema enim hujusmodi gravissima & periculosissima remedia, non nisi gravissimis & desperatis morbis adhibenda. Imprudens proinde Carolus Burgundus bellum Helvetiis, utut amplas condiciones offerentibus, maverat, saltem quòd currus pellibus onustus mercatori ademptus esset. Sed fortissimus aliàs Dux in bello victus miserè periit. Ita Belli Peloponnestaci toti Gracia funesti principium ex tribus meretricibus erupit. Et Nobilis quidam Alsatus 1467. Wegen sechys plappare bellum denupciavit ac intulit. 2. *Causæ antiquæ arcessenda non sunt.* Aliàs enim nullus futurus esset litium finis, nec ullus in sua possessione securus. 3. *Causas belli utrinq; posse esse justas, altero bellum legitimè inferente, altero licitè sese defendente.* 4. *Satis factionem semper priùs pacificè urgen-*

Besold. cit.
dissert. c. 5. |
n. 5.

Conf. Jac.
cap. 11.

dam; Neq; pax æqua aspernanda,
quamvis certissima victoriæ spes
præsto fiet. Bellum namq; et si u-
num ditaverit; mille tamen depau-
perat, victoribus & victis sæpè pernicio-
sum. 5. Non negligenda præsertim per
arbitros compositiones, ut novæ contro-
versie undecunq; suborta commodissime
sopiantur. Qualem etiam transactio
Stetinensis inter Svec. & Daniæ Re-
gna requirit: Sed non sine maxi-
mo utriusq; regni malo bis hoc se-
culo intermissa est. Similia exem-
pla Liberorum magnatum per Arbitros
lites terminantium vide apud Bes.
23. Occulta bellorum cause, minus
habentes justitiæ, sunt i. Dominandi
libido, quæ multos bellorum æstus olim in
nostra dulcissima patria accendit: ma-
ximè dum electivum fuerat impe-
rium, teste passim Historiâ. Ex qua
eadem causa Maximilianus Austriacus
Sigismundo III. de Corona Polo-
niæ bellum movit A. 1587. sed irritò
conatu. Quin & in imperio Rom. Germanico

Besold. d. d.
dissert. c. 5.
n. ult.

Buehole.
chron.

antiquitus usitatum, ut si duo sint imperii Roma Munster.
si competitorum, armis negotium ad Francofurt. Cosmogr.
tum decideretur. 2. *Huic affinis Ambitio*: Lib. 1.

quæ *Pompeium & Iulium Casarē* contra se invicem armaverat. 3. *Nocendi crudelitas*: quæ multa priscis temporibus inter Aquilonares hosce populos, *Curetes, Ruthenos, Fennos, Suecos* atrocia bella procreavit. 4.

Avaritia, quæ *Marcium Crassum* in *Parthos*, sed infelici fidere, excitavit. Florus lib. 3. cap. 1.

Aliæq; hisce similes, quæ omnes meritò culpantur ac rejiciuntur: utcunq; honesti ut plurimum prætextus & colores concilientur. Nul- lum quippe bellum, quantumvis insanum ac iniustum fuerit, in historiis recensetur, cui causam plausibilem aut aliquem iustitiæ titulum humana industria non adinvenit. Sed omniscius haud deridetur.

24. Hæc de Bellorum Causis; Nunc prærequisita & preparatoria paucis perpendamus. Et cum primum belli aliquis fomes Cap. 3.
& iusta causa emicare seq; obtrudere videtur; *DEus Omnipotens ante omnia invocandus, ut hoc tantum malum benignè avertat.* Nec minus suppli-

citer rogandus, ut mentes illuminet,
ne falsam & vanam pro vera belli
causa apprehendant. Tum prudenti-
simum expendendum; an classicum ca-
tere, an commotos fluctus, amicabiliter
componere consultius fuerit? Bel-
li quippe alea dubia & incerti eventus.
Bellaq; minus necessaria infaustos
eventus sortiri solent. Consiliarij
proinde Regum & Principum ad ea-
dem suadendum nimis faciles esse,
caveant. Quo nomine & Senatores
Regn. Svec. à Baptista Burgo pulchrè
notantur, discursum eisdem per o-
mnia haud contemnendum tribu-
ente,

P. Bapt.
Eurg. de
Bell. Svec.
lib. 1. n. 3.

25. Quamquam autem suffici-
ens & satis ardua bello causa suppete-
re, imò urgere deprehendatur; O-
mnia tamen consilio prius quam armis
experiri convenit. Verbis quàm vi-
ribus hostis prius tentandus, sum-
maq; opa danda, ut honesta pacifi-
catione, & amicabili tractatu omne-
rium

Deut. c.
20. v. 10.
& seqq.

litium, dissensionum atq; emula-
tionum semen, in herba, quod dici-
tur, adolescente suffocetur. Quod
itidem Clementissimum nostrum Magi-
stratum semper studiose observasse, Tra-
ditiones, litera & scripta toti mundo ve-
ritatis amanti manifestarunt. Nec caru-
it hoc felici semp̄ successu, prout in
finib⁹ Scania anno 1624. Et in Borussia
anno 1635. non sine gaudio intelle-
ximus contigisse,

26. Interea dum hæc agitantur,
vel maturius adversus ingruentia
Bella fœderibus sese præmunire haud in-
consultum fuerit. Nullum quippe,
Bodino teste, tuenda salutis adversus ho-
stium impetus ferè majus præceptum, quã
aut potentissimum esse, aut cum potentis-
simis societatem & amicitiam coire.
Quantumq; Gallia per Helvetiorum
fœdus creverit, ex Historijs & expe-
rientia constat. Nec parum nobis
hiscetepestatibus eorundem Gal-
lorum, Belgarum, aliorumq; Regum
& Prin-

& Principum confederationes com-
modarunt; Nostraq; vicissim ami-
citia summo eisdem emolumento

Le parfaict. fuerat. Notetur tamen ad potentiorum auxilia
Capitaine confugere, semper cum periculo coniunctum.
Remarq. de fuisse: Ne videlicet iam Defensor, postea oppres-
la second. sor evadat; & Dominus solummodo mutetur. Si
Guerre de cut Iul. Cæs. pulso Ariovisto Helvetios subie-
Cesar. cit; &c.

27. Quod si verò hisce omnib;
modis ac medijs bellum nullatenus
declinari queat; Non minus pie susci-
piendum quam avertendum. Rursum-
q; Deus Opt. Max. sedulo orandus, ut
causam belli meritoriam, peccatum igno-
scat, omniaq; ad felicem exitum
juxta divinum suum beneplacitum
clementissimè deducat. Itapij Iu-
daorum Reges. Assa, Iosaphat & alij bel-
la inchoarunt. Sic David nunquam
nisi invocato divino auxilio, Deoq; in con-
silio adhibito, bellum moverat. Idem
etiam de Gustavo M. affirmare pos-
sumus. Cujus paterna vestigia vel
hac etiam in parte Sereniss. CHRISTI-
NA AUGUSTA, Regina nostra clementiss.
incre-

incredibili & felicissimo cum successu calcat.

28. Hic tandem omni conatu ad *externam media* properandum, quæ magnâ prudentiâ procuranda maturisq; consilijs dirigenda: *Vis enim consilij expert mole ruit sua.* Diriguntur a. ista in apparatus bellicû, hæc septem potissimum flagitantē.

1. viros, 2. annonam, 3. pecuniam, 4. arma, 5. instrumenta, 6. signa, 7. *Exercitationem*, quibus prædictis sufficiens ad bellicas actiones institutas præparatio absolvitur. *Non est autem minor laus imperatoria in apparando, quàm utendo exercitu.*

Conf Nic.
Macchia-
vel. de art.
milit. lib. 7.
m. p. 270.
Facius axi-
om. bell. 64

29. *Viri militares ex indigenis potius legantur, quàm magno ab exteris, ut cum Lipsio loqui liceat, emanant.* Quod istos pro parentibus, pro fratribus, pro uxoribus liberisq; & cognatis; pro patria, pro Rege suo & grege, aris & focis fortius pugnatos, citiusq; in fide mansuros dubitantes, *um es*

um esse non possit. Ut vitia nunc
voluntariorum istorum taceamus,
quæ apud Nic. Macchiavell: Lips:
Besold. &c. aliàs ignorantè legere
licet. Hinc etiàm Vegetio teste lib.
2. c. 1. de re militar: *legiones ab elegend-*
do dicuntur, quoniam aptiores po-
tius maturè exercendi seligantur,
quàm ad sonitum Tympani ex fæce
plebis bello sæpè ineptissimi con-

Macchiav.
de arte mil.
l. 1. p. m. 26.

Bes. de arte
iureq; belli
t. 2. n. 2. &
seqq.

Vid. Sebast.
Franck. in
dec. pabst.
vnd. Bey-
ser. Chro-
nic.

currentes recipiantur. Hoc v. ut pri-
mùm temporibus Maximiliani I. in Germania
circiter ann. 1493. invaluisse perhibetur; ita ad
nostra usq; tempora intra patriæ pomeriæ insve-
rum novimus. Et paucissimos etiamnum hoc
modò conrolare volentes hîc reperiri, est cur gau-
deamus: cum id *benè constituta reip. indi-*
cium fiet, sicubi *ociosorum raritas de-*
prehendatur: quin omnes quod u-
tilitèr domi agant inveniunt, hone-
stisq; laboribus occupantur.

De art. mil.
lib. 1. p. 26.

Traite de
la Guer:
chap. 1.

30. Non sola igitur *Helvetia,*
quod *Macchiavellus* asserit, nec sola
Anglia, quod *le parfait Capitaine* af-
firmat, inter omnes nostri temporis
status, militem ex indigenis pro ar-
bitrio

bitrio sumit. Verum Suecia hoc eodem jure etiam antiquitus usâ hodieq; utitur: ut homines militares non subitaneo studio & obiter arma tractantes inveniatur; sed more Lacedæmoniorum, operum bellicorum artifices in promptu habeat. Haud ignara; Nihil neq; firmitus, neq; felicitus, neq; laudabilius esse rep. in quâ abundant milites eruditi, ut Vegetius loquitur.

31. Nec adeo difficulter ejusmodi indigenarum & lectorum militum copia haberi potest; cum 1. Nobiles omnes Equitum paratorum loco sint: imò pro numero & redditibus prædiorum, unus sæpè complures expedire, suisq; sumptibus ad regni fines, borealis ad limites Australes educere tenetur. Pro singulis 400. marcis (nunc 500. tis) quas ex prædiis rusticorum habent, equum & virum optimè armatum, & ad pugnam instructum præstare. Atq; ita in Vasallorum multitudine regis potentia consistit. 2. Agricolis etiam plebeis prædia sua, instructo equite & armato fessore ab oneribus ordinarijs liberare

Rong. B.
L. 1. cap. 5.
artic. 3.

Flav. Veget.
de re milit.
lib. 1. cap.

Cap. 11.
Rong. B.
L. 1.
Ross.
tensis ordinantia.
p. 1. & priv.
ordin. e.
quest. p. 34.
cum aug.
ment. priv.
1611. p. 3.

Cic. cap. 11.
Rong. B.
cum seqq;

Elect. equit
rom. vid.
apud Mac-
chiav. lib. 1.
in fine de
art. milit.

berare integrum est. Unde equitum
numerus in immensum crescere po-
terit. Et 3. Quoties regni necessi-
tas postulat, ex rusticis decimum aut
20. quemq; *Pedites*; *Ex civitatibus,*
municipijs & maris accolis Nautas con-
scribere licet. Exterorum tamen ac mercena-
riorum operam, in gravioribus praesertim bellis
& maioribus periculis, si modò sint ex natione
faventi & fideli, non inutiliter subinde adhiberi
haud negamus.

Veg. l. 1. c. 2,
3, 4, 5, 6, & 7.
Macch. l. 1,
Sch. l. 6, c. 12

32. *Quales v. quâ patriam, quâ*
corporis, quâ animi dotes potissimùm in-
assumendi, vid. Vegetium de re milit.
Marchiavell. de arte milit. Schonb. polit.
Facij axiom. bell. 56. Besold. de arte ju-
reg. belli & alios. Nobis certum est,
post *Fennos, Gothos & Svecos* sub hac
zona palmam obtinere *Germanos,*
Belgas, Gallos & Scotos. *Poloni* equita-
tu praestant; *Moscovita* in munitio-
nibus acriores sunt. Atque in
Sveco-Germanico hoc bello exercitum satis in-
structum, non tam ferro succubuisse, quam caelo,
cui forte gens ista impar, consumptum evanuisse
audivimus. *Corporis a. mole virtutem in*
animo habitantem non adeò indigere
credi-

credimus. Utilius fortes milites esse quam Veg. l. 4. c. 6
grandes, ait Vegetius. In commissarijs tamen militem legentibus non
exigua requiritur prudentia & fides,
ut sanos, vegetes & animosos deligant,
atatisq; rationem habeant, & juniores Facius de
bello. 20.
potius quam seniores survant. Ho-
rum quippe vires decrescunt; illorum
augentur. Et hoc est, inquit Veget.
in quo totius reip. salus vertitur, ut ty-
rones non tantum corporibus, sed etiam
animis prestantissimi deligantur. Vires
regni & (Romani ait ille.) Gothica. Veg. de re
milit. l. 1. c. 7
Svecici nominis fundamentum in prima de-
lectu examinatione consistunt. Nec un-
quam exercitus profecit tempore belli, cuius
in probandis tyronibus claudicavit electio.
A magnis ergo viris, magna diligen-
tia idoneos eligi convenit juniores.

33. Summa quidem hæc in gre-
garijs, uti dictum, opus est perspicu-
cia; Ast in Duce præficiendo lon-
gè adhuc sublimiore, quippe in mi-
lite unius fors est, in imperatore univer-

C

serum

Facius 21.
om. bellic.
23. ex Tacit.
l. u. Hist.

forum, ait *Facius*. Formidabilioremque
esse exercitum cervorum duce Leone,
quam leonum duce cervo, eleganter
Chabriam dixisse *Plutarch.* refero.
Cum igitur universus exercitus in
imperantes seu officarios, & obediētes
seu vulgares & gregarios dispescatur:
inter illos v. caput sit supremum.

Artis. 19. 20
& seqq: iur.
milit, Svec.

Dux belli; de eodem etiam Solli-
citi erimus. An v. principem seu Re-
gem ipsum Bello interesse, an per vica-
rium belligerare consultius? Antiqua
est quaestio: ubi Sexcentis rationibus

Boter: Illust
lib. 3. 5. 4.

& Argumentis in utramque partem pro-
lixè disputari posse *Ioan. Boter.* au-
thor iudiciosus asserit. Nec pauca
utrinque; le parfait capitaine chapit. 22.
Du. Traite De La Guerre adducit. Nos
breviter sic decidimus. Princeps aut
ipse ad bellum natus, sufficientibus & ne-
cessarijs ad victoriam obtinendam dotibus
instructus est; & tum maxime si per e-
jus absentiam res in discrimen adducatur,
quippe ut Poëta canit.

Urgent presentia Turni.

Ipsum

Ipsam in majoribus praelijs; ubi de summa
rerum agitur, in acie adesse, expedire sta-
tuimus. Sim v. Belli Duces se fortiores
& feliciores in promptu habeat, eorum in-
dustria & operâ potius utendum putamus.

Ne ejusdem præsentia plus impe-
diat, quam expediat. Utcunq; Mace-
dones contra illyrios pugnaturi; Regis sui etiam
infantis præsentiam non parum ad victo-
riam momenti adferre crediderint. Unde ta-

men generalis regula tutò non ex-
truitur. Dum & Regem Davidem,
Philistæos; Iustinianum Vandalos &
Persas, Carolum 6. Gallia Regem Anglos,
Ericum Balbum Tartaros: Carolum
9. & Gustavum 11. Ruthenos: Et Sere-
nissimam Reginam CHRISTINAM
AUGUSTAM, non minùs gloriose
per Delegatos hostes repressisse atq;
vicisse: quàm majores eosdem ma-
nu suâ fortiter subegisse noverimus.

34. Utrum autem Dux belli ge-
neralissimus apud nos indigena vel
peregrinus esse debeat? Frustrâ
quæri videtur, cum lls. fundamen-

Conf. Rev.
D. Jon.
VVex. disp
Polit. 13.
cb. 40.

Et Faciunt
Axiom.
Bellie. 230

C. 4. artic.
4. Kong.
B. L. L.

Artic. 20.
jur: milit.
Svec. adde
Priv. Nob.

tales, & jus pub. patriotam semper docernant atq; indigent, utpotè Regni Marschum ejusve vicarium Generalem Campi-Marescallum sive Ducem, Regni Senatores, & consequenter, non exteros. Quod etiam experientia longo usu confirmat. Nec rationes desunt: quod exteri longè majori sumptu & periculo alantur. Neq; ulla, jam per Dei gratiam urget necessitas, cum alijs potiùs regnis & rebus pub. Duces probatissimos suppeditare queamus.

35. Requiritur in eligendo belli Duce non modò 1. Splendor generis propter Authoritatem, cæteris tamen paribus, sed etiam 2. Pietas, Probitas & castitas; vix enim alios in officio continere potest, qui non se ipsum. 3. Ut militibus non sit in visus, cum is & tutior futurus à seditionum motibus, & promptiores ad obediendum habiturus. 4. Ut sit in re militari & omni belli genere exercitatissimus, & ipse per gradus ascenderit: quod etiam Matheseos & cum primis

Faciunt axi-
om. Bell. 22.
domesticas
virtutes &
artes requi-
rit.

Arish.

Arithmetices, ad disponendas acies,
nec non *Fortificatoria* ad munienda
loca, pitiã requirit. §. *Ue cautus sit ac cir-*
cumspectus. Unde non nemo consultum exi-

stimat Ducem eligere qui aliquando victus fuerit;
quò cãtius agere didicerit. Hinc quoq; *L.*

Paulus imperatorem senem morib.
dicebat esse oportere: significans
moderatiõra sequenda consilia, teste

Frontino. *Consilijs enim precipitatis ne-*
Deus quidem dignatur interesse, ait *Fa-*
cius ax: bell: 11. 6. Non tamen timidus.

7. *Nec voluptuarius.* 8. *Nec avarus;*
qui largitionibus corrumpatur. 9.
Et tandem felicitate præditus. Vid.
Le Rozier des gver: Le 4. Chap.

Besold. de
art. inreq;
bell. cap. 2.
ad finem.

Front. str-
tag. l. 4. c. 7.
Ex. 3.

Conf. Disc
nung. styg
4. B. 7. fl.

36. Dux Belli, si Rex ipse mi-
litia non interlit (ejus n. majestate
presente reliquorum omnium officario-
rum potestas & authoritas ordinariè qui-
escit) est ipse Regni Marschus
vel qui ejus vices gerit à *S. R. M. te*
ordinatus; cui omnes ceteri officia-
les & gregarij in omnibus ijs quæ ad

Art. 19. iur:
milit. Svoc.

Art. 20. & 21

Conf. art.
48.

regis & regni utilitatem diriguntur, obedientiam & honorem, *cep*
S. R. M. tis legato, prestare tenebuntur. Suntq. *officiariorum* qui in bello requiruntur alij *generales*, atij *speciales*.

Conf. Le
parfait Ca-
pitain Trai-
té de la
guer. chap.

17.

Schond.
Pohl. 6. 17

Artis. 18.
sur. milit.
Svcc.

Notandum autem nos hic de priscorum, Græc, aut Roman, aliorumve exterorum officijs, ordinib. aut magistratib. militaribus sollicitos non esse. Videat ista, cui volupe, apud Veg. lib. 2. cap. 7. 8. 9. & seqq. Polyb. Comment. Polem. seu institut. rei militar. CL. Aelian. Tact. c. 3. & seqq: adde P. Tholoz. Synt. art. mil. l. 25. de milit. c. 4. vel alios similes. *Distribuciones officiorum militarium ex Scripto-ribus Potemicis germ. Fronsbergio, Sverdio & Dillichio. vid. apud Schonborn.* Nobis hæc tempestate *Generales officiarij* sunt, qui juxta articulos militares nostrates, toti alicui exercitui, quilibet in sua statione præsunt. *Speciales* partiati & singulis cohortibus sive turmis totaliter aut partialiter imperant. *Generales* sunt proxime Reg. uti supra monitum, *Regni Marschus*, *Dux Generaliss.* cui proximus est *Campi-Marschallus*; Huic *Generalis Tormen-*
larie.

variorum Dux, Generalis exercitus Excubitor; Generalis Equitatus Dux, G. Exercitus Metator; G. Domini Lustratores militia; G. Capitalium praefectus cum alijs, quibus castrorum inspectio comissa est, & exercitui alicui generaliter praesunt.

Et 26.

Artic. 39.

37. *Speciales officarij in superiores & inferiores subdividuntur. Superiores sunt Tribuni equitum & peditem, Osverstar / horumq; vicarij seu locum-tenentes, quibus proximi Majores scz. equitum magistri aut capitanei; Et equitum magistri ac capitanei ipsi. Tribunus nunc dicitur qui legioni praest, i.e. pro horum temporum consuetudine 1200 viris militarijs imperat, Quae duas acies quadratas in bello constituit, has Squadrons vocant, quarum singulae 600. viros continent, officialibus & gregarijs connumeratis. Tres Squadrones unam cohortem, qua in campo seu acie Brigadam vocant*

tant, efficiunt 1800. viris militaribus
constantem.

Arg. ord.
militar. 49.
& 149.

18. Inferiores officiales dici pos-
sunt equitum Magistrorum & Centu-
rionum vicarij i.e. Lieutenants, qui
etiam Tribuni mandata sequi te-
nentur. Si, niferi seu Vexilliferi,
quorum est signa gestare, eorumque si-
cuti & agratorum iuxta compagna in
hospitij, securam suscipere & habere. Or-
dinum Structores, vulgo Festrablar/
Compagna etiam moderantur:
Sed tribus corporibus minoribus, Cor-
poralstap/ quorum singula quatuor
complectuntur contubernia, Notor.
Hæc v. sex viros, ut in universum
72. fiant. Alij ordinum Structores, a-
lias Sergeants, itidem tribus mi-
noribus corporibus, sed hastatorum,
ex tribus contubernijs conflatis, in
universum 54. viris moderantur.
Hisce proximus est, Vexilliferi substi-
tutus sive vicarius, forare dictus; qui
signa i.e. vexillum custodit. Postea
diver

Conf.
Bapt. Burg.
l. 1. p. m. 23.

*diversorum designator, fureret/ qui
hospitia compagne preparat. Et
demum Custos armorum, Rusticus
stat/ qui compagne suæ armatu-
ram observat.*

39. Isti sunt Officiales nota-
biliores armati. Neq; Gregarij, mi-
nus variè dispescuntur: quorum
alii i. equites, alij pedites. Illi in campo;
hi in locis præruptis præstant. Nervia.

exercitus & olith & ferè semper pedites habiti;
ideoq; & eorum maior numerus ordinariè exigi-
tur. In quibus autem peditatus equitatu præstat,
videatur idem Macch. l. 1. p. m. 64. Quamvis hoc
tempore in bello Svecico-Germanico equites nu-
mero præpollent; sit tamen hoc, absq; dubio
vel ideo præsertim, quod bellum non uno tan-
tum loco, sed variis longèq; distitis geratur, & mo-
dò huc modò illuc quasi subsiliat & discurrat;
quod ab equitibus facilius præstari manifestum
est. Robur interim in ipsa acie in peditibus esse
constat; qui sæpe sine operâ equitum victoriam
repperunt. Rarissimè v. equites sine peditibus;
licet hoc in acie Altenburgensi non procul Ha-
melia 1633. contigerit, iuxta illud Taciti: *E-
questrium sanè virium id proprium citò
parare victoriam; citò cedere. Id o-
biter notamus, inter equites & pedites*

Macch. l. 1.
de art milie

Conf. Lo
perciè.
Capitain,
chap. 2.
Tacit. de
morib.
Le Rozier
Des Gerres
p. 78.

discordiam (quæ aliàs frequens) præca-
vendam & concordiam alendam, ne gra-
vius malum sequatur. 2. Alij tyrones
& novitij, qui in munitionib⁹ & do-
mi exercendi; Alij Veterani, qui
potiss. contra hostem ducendi. 3.
Alij Ordinarij; alij subsidiarij: Hi
tempore tantum necessitatis nume-
rum augment. 4. Alij gravu armatu-
ra, in acie & conflictu non inuiles:
Alij leviaris armatura, itineribus &
persecutioni hostium aptiores. 5.
Sunt præterea alij Domestici, alij ex-
terni. 6. Alij præsidarij, alij limita-
nei, &c. Omnes v. juramento sese
adstringent juxta articulum 17. jur:
mil. Svec.

Muner
 opt. militis
 uti & Ducis
 vid. apud
 Patric. de
 instit. reip.
 l. 9. tit. 2.

40. Requiritur insuper & in
 Exercitu aliæ Personæ; utpotè

Artic. 12. 16.
 8. 6. &c.

Artic. 14.

1. Concionatores militares; qui à Diaceseos Episcopo constituendi, piij, virtuosi, sobrij & diligentes. 2. judices Ecclesiastici & politici: utriusq; autem judicij militaris constitutio-

nem,

nem, ordinationem & Processum Artic. III. & seqq. ad fin.
 artic. milit. exponunt. 3. *Commis-*
sarij, Camerarij, Secretarij, annona
Præfecti, Quaestores & similes. 4.
Medici & Chirurgj. 5. *Mercatores*
*vulgò **Markatânter** / Speculatores &*
itinerum ductores. 6. *Feciales, præ-*
cones, tubicines ac tibicines cû Tympani-
stis. Quibus iunge varii generis artifices, fabros &
 mechanicos alios. 7. *Apparitores, liço-*
res & ejus administri. Hisce accedere Conf. Fac.
 solent lixæ, calones & meretrices, turpis plerumq; Ax. b. 91.
 exercituum canda; quam tamen articulis milita- Artic. 89.
 rib, severe prohibitam novimus.

41. Ut verò omnes isti habeant
 undè vivant, II. Annonâ opus est,
 de quâ nisi maturè provideatur, a-
 ctum est de toto exercitu, qui quò
 major fuerit, eò citius evanescet &
 vel sine hoste cadet; nam qui *annone*
non prospicit, absq; armis vincitur, ait Macchi. de art. mil. lib. 7. p. m. 69.
Macch. Hæc proindè cura non vili-
 oribus, sed *authoritate, prudentiâ & f-*
de præstantiss: demandetur, cû *exed-*
dè salò vel ruina totius exercitù de pèdeat.

Sine morè igitur sufficiens & optima annonæ
 comparetur. Neq; ea nitatur quis indubitata spe, in
 hostili terrâ vel campo eam facile inveniri; quæ
 variis modis ab hostibus præcidi, intercipi atq;
 præpediri potest. Deinde non uno tantum loco
 granaria erigantur, (ut in omnem eventum neces-
 saria suppetant) quod caute, tuto sufficientibusq;
 præfidijs adjunctis alimenta deportentur optimeq;
 custodiantur. Nec levis cura adhibeatur, ne vel
 casu vel avaritiâ hominum cibaria corrumpantur
 aut perperam distribuantur. Plura vide apud le
 parfait, Capitain, chap. 16.

Conf. Job.
 M. hist. lib.
 10. cap. 11.

42. III. Pecuniam rerum ge-
 rendarum nervum esse, tralatitium est;
 Sine quâ nec commodè inchoari,
 nec feliciter continuari, nedum fi-
 niri bella ex voto poterunt. Unde
 non immeritò Schonb. ex Bocero: ob
 nummorum defectum sapius arma de
 manibus excutiuntur, aut frigide tra-
 ctantur. Virtute quidem bellicâ,
 secundum Deum, principaliter victo-
 ria paratur: Atqui illa sine pecuniâ
 & medijs exerceri vix poterit. Non
 secus atq; animal membris licet ro-
 bustissimis atq; torosis præditum,
 si nervis careat, progredi seq; loco
 move-

movere nescio. Quo ipso etiam
Macchiavello contradicenti satisfactū
putamus. adde Besold. de arte jureq;
belli c. 7. n. 4. quamvis ipse etiam
Macchiavellum cap. 4. n. 2. tueri co-
netur.

Conf. Cl.
panellio. 16.

43. Requiritur etiam ad mili-
tiam IV. Arma; quæ ab *armo* sive
armis, i. e. *humeris*, ex quibus depen-
dere solent, *Festo* dicta videntur.
Varroni autem ab *arcendo*, scil: *hoste*,
quod propellendo & invadendo

fieri consuevit. De armorum inventione Pol-
vid: Polydor: Virgil. qui veteres ante eorundem u-
sum, pugnis (unde pugna nomen habet) calcie
bus ac morsu decernasse author est: Juxta Lucret: l. 1. c. 10.

Arma antiqua manus, unguis dentesq; fuerunt & 11.

Et lapides & item Sylvarum fragmina, rami.

Posterioris ferri vis est arisq; reperta:

Et prior aris erat quam ferri cognitus usus.

Lapidibus igitur ac fustibus exinde pugnari ce-
ptum est. At quoniam præterea armorum genere
ubi fuerint antiqui; videatur Vegetius. lib. 1. c. 10.

Fl. Veget.
de re milit.
lib. 1. c. 10.

Arma nostris temporibus usitatio-
ra ordinariè sunt ad *defensionem cas-
sis seu galea, thorax sive pectorale*; &c.
ad *offensionem* pedibus sunt *hastæ,*
gladius

gladius, sclopetum cum fune ignito,
bombarda, quæ antiquorum jactibus
& fundis respondet, ubi pulveris pyrii
& globorum usus necessarius elucet.
Equitum arma offensiva potissimum
sunt Lancea, quæ poloni præsertim
& Turca uti solent, mathera, bombar-
dula, &c. (Dicuntur bombardæ lat: à sono quem
edunt: Italis verò archebtigio; Hisp: arcabuz;
Gall: arquebuse, fortassis à gothico Hafabyssa)
Armant etiam, muniunt atq; defen-
dunt, muri, ageres & varij generis
fortalitia, de quibus alibi; Sicut im-
pugnant arietes, canones, tormenta, i.e.
ejusvis generis machinæ bellicæ
pyrio pulvere incenso globos, saxa
aliaq; ejaculantes, quarum multæ
species, colubrina vel serpentina à lon-
gitudine, Feldeslanger; aliæ Luscinia
à sono seu cantu; aliæ à quantita-
te, dimidia aliæ integræ halfwe och hee
le Carthower &c. Sunt & Petardæ, difficiendis,
frangendis & aperiendis portis aptæ gall: ita à
crepitando vocatæ; & similes per plurimæ quas
dies & iugis usus invenit & auxit. Uta. ar-
tifices nihil sine instrumentis; Ita
nec

Conf: Ma-
 chi: de art:
 mili: lib. 7.
 in pr: art:
 mil: 73, &

74.

Hec milites sine armis offensivis efficiere poterunt. Defensivam acriorem dimicandi audaciam nutriunt & efficiunt.

Fl. Veget:
de re milit:
lib. 1. c. 30.
in fin.

44. Sunt præterea etiam **v. Militaria instrumenta; Ea; vel**

animata, ut equi, quas hic in Svecia & Penningia, virium robore laborumq; patientia tantopere pollentes invenire est, teste Bapt. Burgo, ut

P. Bapt.
Burg, com;
de bell:
Svec: l. 1. p. 3
pag: 19.

40. continuis horis 120. italicorum iter conficiant. vel inanimata, utpote sarcula, ligones, secures, castris muniendis, vallo cingendis, aut portis effringendis, &c.

inservientia; Scale, quibus muri & valla conscenduntur: furca, rota, currus & similia, quæ nullatenus perdere vel inutilia reddere, sub gravi pena, fas est.

Artic: mil:
84

45. **VI. Signa bellica etiam varia sunt; præcipue a. triplicia numerari possunt; 1. Vocalia, utpote nomina vel verba, quibus utuntur non circummeantes & excubitores visitantes, & excubiæ ipsæ; sicuti & in ipso prælio, ut amici ab hostibus in-**

REMO-

ternoscantur, aliàs tessera militari; Galli
le mot de guet, german: das wort. ita
in memorabili pugna ad Lipsiam
1631. GUSTAV. M. tessera erat; DEUS
Nobiscum, Tillio, JESUS MARIA. un-
de Poëta;

Rex Suevus Tillium cur vicerit, en tibi causam;
Invocat iste homines; invocat ille Deum.

Art. mil. p.
97. & 143.

2. *Semivocalia*, nimirum *Tympana*,
tibia, *tuba* &c. quibus classicum vel
receptui canitur: ad iter, ad sacra,
ad iudicia convocatur. Et 3. *Muta*,
qualia *vexilla*, & variæ eorum signa-
turæ; ut, *Leones*, *Dracones*, *Aquila*,
corona, *lilia*, &c. Quibus accense-
antur ignes aut *Lucerna* accensæ;
Bââlar quibus maris accolæ vicinis
hostium adventum indicant, ut ma-
ture hosti occurrere sibi cave-
facilius queant.

46. VII. Demùm *Exercitatio*

(unde & *Exercitus* nomen habet, quod exercita-
to & preparato requirit) apprimè neces-

Conf. Nic:
Macchi. de
art: mil; 1, 3.

saria est, tum corporis tum animi. Ut
cunq; enim benè electum omnibusq; re-
quisi-

quisitis instructum habeas militem, nisi p. m. 66. &
studiose instituat^r & exerceatur, num. 1eqq:
quam frugi futurum esse sciendum; Sed Veg. l. i. c. 9
omnem istum apparatus impedimento & seqq:
magis hostibusq; prae futurum. Neq;
veteres felicitate in reip. aliã ex re
meriebantur, quã multos in ar-
mis exercitatos reperiri. Exerce-
antur igitur & noviti & veterani; la-
boribus, cursu, ordinibus nunc congloban-
dis, nunc laxandis; armis nunc elevandis, nunc
deprimendis: nunc dextrorsum nunc sinistror-
sum sese vertendo; nunc antrosum, nunc re-
trosum progrediendo. Vid: Johann-Jacobi de
Wallhausen/ars militaris, Artsgz Kunst zu sust.
Vario etiam variorum armorum
usu instituantur, ut cum res postu-
larit, promptè & expeditè tam vim
inferre, quã declinare possint; ad
quod pugna & ficta praelia; Drills
lande och Schermugerande/ haud pa-
rum conducunt. Paucos quippe na-
tura fortes producit, exercitatio multos.

47. Animes simul cum corpore
exercendus pietate; quæ infucate
colenda, cum hinc omnes successus fe-

Artic: mili:
45, 46, 47.
Exercitus
labore pro-
fic: ocio
cōsenescit;
Veg: lib: 3:
cap: 26;

Maceh: de
art: milit:
lib: 7. p. m:
268

Art. mil: p. 1 *lix promanet.* Eam igitur *Duces* bel-
lici *admonitionibus, correctionibus & e-*
xemplo urgebunt. In *cibo, potu & ve-*
nere continentia servanda. Nam *quies*
& deliciae etiam fortissimos exercitus perdunt atq;
enervant, quod exemplum Hannibalis in Campa-
niâ & aliorum confirmant. A *vi & rapinis*
abstineatur, artic: milit: 88. 92. 95. 96.
97. & c. Summa: *Ita informandus &*
exercendus est homo militaris, ut in pa-
triâ & inter amicos agnum; inter hostes
leonem sese praestet. Proinde nusquã
majori & severiori *Disciplinã* est o-
pus, quã inter *milites*; quod ma-
jor ibi frequentius licentia grassari
soleat: Quæ non pauciores in *Bel-*
lum protrudit, quã *Emulatio & ho-*
nores invitant. Ut itaq; hi laudibus
& præmijs excitati utilissimas ope-
ras præstant; ita illi, nisi severissi-
mè castigentur, latronum & rapto-
rum manipulum, omniũq; vitiorũ
lernam magis quã exercitum ex-
hibentes, seipfos, totam regionem
& ipsam *Belli Ducem* perdunt.
Unde

Artic. 84. 89
& 92. &c.

Disciplina
in bello pl
potest quã
furor. Mac-
chi. lib. 7.
p. 258.

Unde pœnas & prœmia, secundam ar- Conf. Bel.
ticulos milit. exquisitissimè hic neces- de art. iur.
saria esse nemo prudens non videt. bell. c. 7. n.
Tantum strictissime de Belli prœparatoriis. 3. 4. 5. & 6.

48. Istis, antequam bellicæ a- Schonb.
ctiones aperto inchoentur Marte, fol. 6. c. 10
accedere solent. 1. *Clarigatio*, seu Schonb.
Diffidatio, quæ est legitima belli denun- fol. 6. c. 10
ciatio sive indictio: in bello præser-
tim offensivo necessaria. Ubi *Fecia-*
lis, moribus nostris, peculiari habitu,
Chlamyde sc: regni insignibus ornata (quam ante
consumatam legationem deponere non licet) ad-
dito sceptro argenteo & literis clarigationis, *Feis*
Debresswet/quas futuro hosti porrigit, bellum
coram impeterrita voce denuncians: perq; o-
mnes vices hostiles, tubarum clangore, quid in-
gruat, contestatur. 2. *Consultatio & delibe-*
ratio, quomodo bellum committen-
dum; Nihil n. usquam sine summâ
ratione inceprandum: nedum in
Bello ubi non licet bis peccare. Quid a- Mæch. de
faciendum cum plurib. deliberetur: art. milit. l.
quid v. constituatur, cum paucis: 7. p. m. 169
Sin consilia hosti explorata intelligantur, & 169.
mutentur. Nulli quippe conatus
felicius succedunt, quam q. hostib.

Conf. Sext.
Iul. Front.
Stratag. lib.
4. cap. 7.

elam sunt donec effecti dantur. *At
occasionem cognoscere & apprehendere
reb. prestat omnibus.* Sunt igitur ne-
cessaria *consilia bellica*, ut recte de suis
& adversarij copijs judicetur. Nec
modò *ordinaria*, verùm etiam *acuta*
quæ aliàs *Stratagemata* dicuntur,
quorum magnam copiam *Frontinus*
exhibet, in bello non minùs neces-
saria, quàm licita judicamus. Ut-
potè cum *Ethnici prudentes eadem lau-
dârint: Sil: Ital:*

e. Doming
23. 9. 2.

Pugnandum est astu levior laus in Duce dextræ
Et *ius Canonicum approbet. Et Sancti
vel Deo ipso mandante, ut Iosua, David,
&c. iisdem usi sint.* Hostem interim ve-
neno tollere minùs honestum putamus.

Mæch. de
art. milit.
Lj. in pr.

49. Prælium antecedit ut pluri-
mùm 3. *Iter tâgande/ le marcher, ou
la marche* Galli vocant, hosti namq; obvi-
am prodire potiùs quàm eundè demi expectare, ut
patriæ nostræ patribus semper firmè visum, ita &
nobis. Quod ut tutiùs, per loca præ-
sertim suspecta & hostilia, fieri que-
at, equitum aliquot *turma* ad explo-
randum præmittantur. Et *militēs*
inter

eundem, pro ratione locorum sic disponantur, ne ad pugnam planè imparati offendantur. Impedimenta, *Trossen les Bagages*, post exercitum, adjunctis tamen custodibus, relinquuntur. Potissimum v. ubi ab invicem ad hospitia divertitur & separantur milites, magna adhibenda est cautio; uti nervos *le parfaict capitaine* ostendit. Et 4. interdum etiam *Castrametatio*, quâ rectè adornatâ & munitâ, cum benè dispositis excubijs, nihil in campo utilius; Siquidem hic milites non secus atq; in *munitissima urbe* ab hostium insultibus tuti, & ad quasvis bellicas actiones muniti utq; parati degere possint. Vid. eundem *parfaict capitaine* *Chapit. 6. du camper*. Modum autem castrametandi varijs exemplis *Macchiavellus* delineat & ostendit. Nunc tandem ad præliandum insurgamus.

Ad. art. mil.
59.
Alian.
Tact.
cap. 345.

Le parf. capit. chap. 5. du marcher.

Conf. Polyb. comment. pol. lesm.

Maech. l. 6. de art. mil.

50. Prælium sive ipse belligerandi actus est *nobilissima Ducis* *functio*, quâ integra sæpè imperia vel acqui-

Cap. 4.

atque trahuntur vel amittuntur, eoq;
difficilima: *Nec tam facile rem praestare, quam praecepta tradere.* Unde

Besoldi, de
art. iureq;
belli c. 1.

& Macchiavellus ipse, qui tot & tanta de
Romana militia disertissime scripserat, ne unam
quidem cohortem, Urbini Principe hortante, in-
struere sit ausus, quod ex Catan. Besold. refert.

Nos igitur sublimes istas & maxi-
me imperatorias meditationes suis
relinquentes artificibus, etiam hic
paucissima quaedam pro instituti ra-
tione delibabimus, *regulas partim
generales, partim speciales* annotan-
do. Generaliter observ: 1. *Hostis
nunquam contemnendus.* In eo enim

Curr. lib. 6.

nihil tutum despicitur, quae spernendo valentiorum
negligentia effeceris. 2. *Consilium saepe in arena
sumendum.* Et casu oblata ad consilium sus-
tantur. Neque occasione unquam negligenda; Quae

Veget. 1. 3.
cap. 26.

saepe in bello amplius iuvare solet quam virtus.
3. *Publico certamine nunquam nisi ex oc-
casionem aut nimiam necessitate configat.*

Conf. Fl.
Veget. &
Macch. cit.
loc. Flor.
lib. 1. c. 17.

Et suis potissimum defessis pugnam declinare memi-
nerit, donec reficiantur. Hostem a. itinere aut
fame confectum potius aggrediatur. 4. *Mili-
tes manu, voce i. e. oratione & exemplo
accendantur.* Gust. M. non modo ipse mili-

tis munus fortissimè exequutus; verùm etiam
 suis generale dedit præceptum: ne iacularentur
 antequam hostis pupillam intueri liceret; hinc ce-
 dua sylva adinstar hostis cecidit: ubi olim sæpe
 focii latus aut femur ab imprudentib. & timidis
 transverberatum fuit. 5. *Nunquam totus ex-*
ercitus simul & semel confligat. Sed sem-
per aliqua pars in reliquorum subsidium
reservetur. Observavit & id ipsum prudenter
 cum aliis, tum ad Liphiam & Lutzenam, Gust. M.
 6. *Præcavendum ne milites se invicem*
impediant. Confusio quippe eladem generat.
 7. *Non permittatur prædam vel hostem* Art. mil. 97.
effuse nimis insequi, priusquam totus ho-
stilis exercitus victus est. 8. *Fame po-* Front. l. 4.
tiùs quàm ferro hostis superetur. Inc. c. 7. exemplo
 dià n. tutius premitur adversarius, quàm negoci-
 um belli alex committitur. 9. *Hosti fugienti,*
adhuc instructo & valido, vel aureum,
pontem substernendum. Plura vide apud
 Veg. Macch. & Adam. Contz.

51. Ex specialioribus observa-
 tionibus hæ sunt præcipuæ: 1. Of-
 fensivum gerens bellum, hostilem locum
 à tergo non captum hæud facillè relinquat.
 2. In loca exigui momenti multum tem-
 poris, laboris & sumptuum non impendatur.

Vide Flor.
l. 3. c. 3. expl.
Marii.

Adam cōt.
zen. polir. l.
30. c. 30, 37,
40, 42, & 43.

Contzen. l.
10. c. 42. inf.

Flor. l. 1. c. 6

Conf. P. I. o.
nich. de reb.
Germanic,

Principalioribus enim minorz facile accedent.
3. Defensor primum aggressoris impetū
& ferociam deferverescere atq; hebescere
sinat. 4. Aciei forma, quæ artis im-
peratoriz pars præcipua, pro circum-
stantiarum ratione ad resistendum, & ru-
ptam inclinatamve restaurandum sit ac-
commodata. Peculiares aciem ordinandi mo-
dos, cum suis exemplis, vide apud Sext. Jul. Fron-
tin: lib. 2. c. 3. 5. Optimi Duces & fortissimi
milites in primâ & ult. serie collocentur.
Prima acies vulgò dicitur a *avantgarde*; sicut
triariorum manus *arrieregarde*. 6. Pro-
videndum, ut equites peditibus & vice
versâ succurrere possint. Not: ut equites o-
lim diffundebantur, ita nunc continentur & cau-
tè emittuntur. 7. Locus eligatur commo-
dus, superior potius quàm depressior. So-
lis etiam atq; ventorum ratio habeatur, ne aciem
oculorum perstringant vel impediunt. Utut hæc
contemnet le parf: Capitain. 8. Frons, pro
copiarum magnitudine vel restringenda
vel dilatanda. Macchiav. lib. 4. de artic. milit.
9. Subsidiis amnis, sylva, arbusli, mon-
tis vel omninò valli pratensi queratur.
Quarum & similium observationum exempla aci-
esq; optumè instructas nostrâ tempestate à Gustavo
M. con-

Mag. contra Tillium, VVollensteinum &c. per
Math. Marian Francofurtensem æri artificio-
sissime incisas harum rerum curiosi inspiciant;
Quò etiam eisdem brevitatis causâ remissos vo-
lumus.

52. Ad belli gestionem spectant
& Obsidiones, quæ (utpote magno-
rum exercituum cæmiteria vulgò dicta)
temerè suscipiendæ non sunt. Vi-
cto etenim hostis exercitu, urbes ad
deditionem facilè compelluntur.
Quidnam v. tam obsidentib⁹ quàm
obsessis faciendum, vide Schonb. A-
dam Cantzen. Veget. de re milit. lib. 4. &
potissimùm Aenea poliorcetic: de tole-
randâ obsidione. Nec minùs nobilem
tractat: du parfaict Capitain: qui ab-
undè satisfecerit. Cætera observa-
tio & usus patefacient, quæ nova
quotidiè suppeditant.

Schonb.
lib. 6. c. 21.
Cantz. pol.
lib. 10. c. 46.
& 47.

Le parf. ca-
pit. ch. 8. 9.
10. 11. &c.

53. Bellicis actibus calamitosus ac-
censentur etiam prædatio, vastatio &
Captivitas. Permittuntur a. partim
ideò prædationes, ut hostes necessariâ
sustentatione exuti & spoliati terreantur,
puniantur & ad pacem compellantur;

partim, ut necessaria sibi ipsis excurrentes acquirant: Sicuti & vastationes, exustiones & similia media crudeliora, cum nulla de victorum fides est, adhibentur. Sapè etiam vastantur, quæ teneri aut defendi nequeunt, ne hostibus subsidio & usui nant. Quomodo in hostili terrâ sese gerere expediat, memorabile exemp. in Gust. M. Burgus refert.

Conf. le
parf. capit.
chap: 10.

Artic. mil.
Svec. 99. &
100.

Alth. pol.
c. 36. n. 44.

Bef. Syn.
pol. L. 3. c. 11.

54. Solent quoq; hostili terra incolæ, cum novo imperio acquiescere posse desperatur, transportari. *Qui modus vincendi, nō minùs licitè quàm ceteri usurpari potest.* De prædâ & vastatione Not: 1. *Sacra & divino cultui studijsve humanitatis deditata violanda non esse. Nec Nosocomia vastanda. Infantes etiam, virgines & decrepitos elementius habendos secundum idem jus milit. Svec.* Nisi in præidijs aut locis munitis inventi, vel aliàs resistere aut quid contrâ machinari præsumant. Tum n. ne alii eorum exemplo cursum victoriæ totumq; exercitum morerentur sæpiùs trucidari solent, teste experientiâ & Befoldo. 2. *Ex prædâ, quæ in occupatis urbibus vel castris hostilibus invenitur;*
Terræra-

Tormenta, pulverē & globos cum omnib.
munitionem & armaturam spectantibus,
sicuti & victualia in locis publicis asserva-
ta S. R. M. ti relinquenda esse; cætera
v. mobilia militibus, juxta artic: mi-
litares concedi. Ita nimirum ut pars 10.
militari xenodochio cedat.

Jur: milit.
Srec. art. 101

55. Captivos qui gentium jure
occidi poterant, cum humanius sit
in bello justo captos servare (vel etiam
à serviendo) antiquitùs Servos nuncu-
pârunt: uti & mancipia, quòd injectâ
n anu caperentur. Ast quemadmodum
Bella olim civilia inter græcos, nulla in sequebatur
servitus, quod omnes adinvicem fratres essent; ita
etiam in Christianorum bellis idem meritò serva-
tur. Et capti, (ut sup. dictum) vel præfito ly-
cro, vel permutatione, vel gratis dimittuntur.
Id quidem indubium Captivos bo-
nâ fide sese dedentes, sicut & alios
transfugas, plùs hostē debilitare quâ
in acie cadentes. Jure nostro patriotas
in bello captos publico sumptu redimendos
decernitur. Quod circumstantiarū
habitâ ratione etiam observatur.
Et hæc de Belli, potissimum terrestri,
gesti-

Disp: pro-
smith. 19.
edd. Althuf
c. 37. n. 42.
Roz: des
guerr. p.
m. 21.

Hong. 15.
L. L. c. 18.

gestione. Quanquam haud pauca
ex jam positis ad *navale* etiam ac-
commodari possint. Specialiora per-
sequi pagellarum angustia vetat.

56. Brevissimè tamen: *Præcipua*
differentia in officijs personarum &
bellicis consistit instrumentis, modoq; di-
micandi: cætera communia sunt.
Offic. in hoc ordin. suprem. est Am-
miral: Regni, cui Vice-Amirales
plures & inferiores subsunt nec nõ
Majores, Capitanei & Locum-tenentes
&c. Naucleri qui navis & rerum nau-
ticarum gerunt curam, Governator
clavum in puppi tenens, signiferi &
consequenter. Instrumenta hæc

Flavius Ve-
getius de re
milit: lib: 5.
cap: 14.

nova requiruntur; Naves, majores &
minores; tectæ & non tectæ; ad præ-
lium instructæ, & vectoriæ. Nova
etiam machina non pauca; harpagones, bi-
pennes, secures, sulphur, pix & alia, ut ab igni non
minus quàm aqua hosti periculum creetur.
Modus id requirit, ut naves ad pugna
rectè dirigantur, aliter n. lembi, aliter equi
regendi. Magna hæc & multiplex re-
quiri-

quiritur pitia, ventorum, pyxidis nau-
tica, aliàs compassi seu versoria. Situs

locorum. Et altum potius tenendum
quam litus petendum, &c. Qualis

navium & trahitum materies, quando cadenda,
quandoq; navigandum, de signis aut prognosti-
cis tempestatum, aut serenitatis & insidiis bell:
naval. collocandis & similibus vide Vegetium.

Quanquam & ipsomet fatente am-
plius artis frequentior usus hic invenerit,
quàm doctrina monstrârit. Ideo & nos
hic receptui canimus.

57. Istis ita comodè præmissis

& debite peractis, tandem succe-
dit exoptata *Victoria & pax desidera-*

ta, bellumq; tandem finitur. Rarò

quippe ita æquò decernitur Marte,
ut altera pars victrix, altera victa nò

recedat. *Victus animus non despon-*

deat, sed de recolligendis viribus

maturè cogitet. Victor etiam pru-

dentè se gerat, ne vicisse tantùm &

non victoriâ uti didicisse videatur. Ho-

stes cautè persequatur, nec nimis acerbè, ubi resi-

stendi commoditas dari queat: ne desperatio

in fortitudinem vertatur: nec citò &

Conf: Lev:
Lemn: lib: 3
de occult:
6. 3, & 4.

Veget: lib:
ult: de re
milit:

Cap. 5.

Flor: lib: 2.
cap: 6. de
Hannib:

Art: mil: 91.

incon-

inconditè milites in prædam dif-
fundantur. Et modestè victoriã u-
tendum, nec victis exprobranda.
Cæssa. sepeliendi & Deo gratiæ per-
solvendæ. Fugitivi v. aut qui infi-
deliter pugnârunt, puniendi.

Art: mil:
60. & seqq:

59. Sic pax ut plurimum comi-
tatur, licet acrius bellum à victo nonnunquam
instaretur. Quocirca pax neutiquam
recusanda. Ecquis n. de totali hostium rui-
nâ tam cæsus esse poterit? Et commodissimum
est de pace agendi tempus, dum uterq; adhuc sibi
fidit. Cum a. planè vi-
ctore paciscitur, non tã v. pax quàm de-
ditio est. Quæ & ideo tamdiu servatur; quam-
diu servandi necessitas incumbit. Bello v. con-
fecto miles, præsertim extraneus, ne la-
trocinia exerceat vel motus excitet,
per soluto stipendio dimittatur. Et
honestum, iuxta merita, testimonium cum viatico
addatur. Ast victi cum indigenis ad agro-
rum cultum aliosve honestos labores &
consueta artificia redire jubeantur. No
deficiente sustentatione prædones
evadant.

Conf. le
parf. Capit:
remarq.
sur. la pri-
mier. guer:
contre les
suisses.

Jehova Zebaoth, qui vicarium suum magi-
stratum ad subditorum defensionem armavit,
digitos

digitos ad præliandum instruxit & arma victoriis exornavit; post tot tandem trophæa, diu desideratam pacem benignè reducat: eaq; frui clementer sinat, donec æterna palatia ovan-tes ac triumphantes immarcescibili coronâ coronandi olim ingrediamur!

COROLLARIA.

I.

In pace de bello cogitandum, ne imparati offendamur.

2. Religionis propagatio justam offensivo bello causam haud præbet. Neq; exemplum S. Erici nobis obstat.

3. Qui belli impensas exigit, non statim patroni vel protectoris titulum amittit & mercenarius fit: ad stipulante Francisco Roselio contra Bodin. Neq; n. causarum patronus idem patronus esse definit, quod salarium accipiat. Et merè gratuita beneficia semper exigens; justitiâ commutativa leges violare velle videtur. Fr. Ros. disc. 2. de iur. pub. th. 66.

4. Repentina & insueta in bello maximè terrèt. Sic Elephanti Pyrrhi romanos. Et nova Bombardarum inventio Gust. i Ad. in Borussia. Flor. lib. 1. c. 19, & lib. 2, c. 11, &c.

5. Odia cum Bello finire oportet. Flor. lib. 4. c. 2.

6. Nuper subjecti vel acquisiti subditi optimè in fide & obedientiâ retinentur, si deficere nec velint.

lint nec possint. Non velint, si humanitè tra-
ctentur; in libertate, cautè tamen, & consuetà
regiminis formà relinquantur: Non possint, si loca
munita præsidijs satis custodiantur. Le parfi: Ca-
pit: chap: 20. des moyens d' assüer unne conquëste.



Ornatissimo, & Politissimo Juveni;

DN. JOHANNI WASSENIO,

*Optimarum artium cultori strenuo, amico suo
perdilecto, de Bello publicè doctèq; differenti.*

STridor cùm ferri cunctis grassetur in oris,
Et madeat tellus sanguine tota rubro,
Noscere conducit quænam certamina belli
Complaceant summo displiceantve Deo.
Perdocet hocce tu⁹ discursus, doctè JOANNES,
Artes qui vigili strenuitate colis⁹.
Dum belli causas liciti depromis abundè,
Unde potest qui vis noscere Bella pia,
Pergito sic alacris cæptum pertexere filum,
Protinùs ascendet nomen ad astra tuum.

Amoris & honoris ergò apposuit.

NICOLAUS NYCOP.

Log. & Pœf. P. P.

